

ad paucos dies Barnabam de Leonissa
Decretorum Doctorem Vicarium Ravennae
destinavit, virum utique sensu, et corporis
audacia, nec non et armorum peritia
conspicuum. Qui Barnabas castra Ra-
vennae de manibus Ubaldinis,
et Antonii de Ubaldinis, et Astorgi de
Manfredi viriliter manu armata recu-
perat, auxilio tamen Caroli, et Mala-
testa patrum de Malatestis, quorum
Cosmatas patris domesticus fuit. Quem ta-
men Barnabam ad petitionem aemulo-
rum quorundam, et infirmorum brodam man-
ducantium, ab officio Vicariatus, et Vi-
cecomitatus dictorum Castorum remo-
vit quantum in eo fuit. Barnabas
autem discedere non disposuit, sed quen-
dam ejus invidum abbatem Antonium
de Loratino Canonicum Capuanum qui
detractorem inhumane torquet, et cruciat,
et per testiculos appendit. Qui tandem
Barnabas cum dicto Cosmato in arbitros
componi vit, qui Cardinalem per sen-
tentiam in magnis pecuniarum quan-
titatibus condemnarunt. Demum Barna-